


Affirmatur. Cum enim hominis corpus ex elementis constet, non minus ab influxu cœlesti quàm alia corpora elementata afficitur, & qui contrarium asserere conatur, quotidiana experientia omni hominum generi persuasæ reclamatur.



In gratiam Doctissimi Dn.
RESPONDENTIS.

Nomen *ALEXANDRI*, quo nunc *CASPARE* superbis,
Augustum invictis gentibus, omen habet.

*Si pergas porro, multos superabis, ut alter,
Perq̄, tui ingenii pignora magnus eris.*

f.
M. Johannes Meisnerus, Torg.
Facult. Philos. Adjunct & h. r.

DECANUS.



Hanc dum materiam raro conamine tractas,
Rarum conijciunt ingenium inde tuum.

Laudo conatum, laudant dum cætera multi

In te, si pergas, laus tua major erit.

f.
PRÆSES.



*Astron. 5
188, 22*

